

Georg Dasen

**Rector Academiae Rostochiensis Georgius Dasenius Mathematicum Professor :
PP. Rostoch. 25. Decemb. Anno 1611.**

[S.l.], 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734362757>

Druck Freier  Zugang



R.U. Progr. 1611, 1a
(Tasarius)





RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS GEORGIUS
DASENIUS MATHEMATUM PROFESSOR.



Vin Veteri Testamento Levit. 23. & alibi Deus populo suo seu Ecclesie peculiaria mandata de Festis legitimo more celebranda præscripsit, quæ essent commonefactiones de beneficijs & promissionibus divinis, cultu Dei ac exercitijs pietatis per certa tempora anni, menses, hebdomadas & dies ordinata & constituta, ut præter festivitates singulis Sabbati diebus ac Neomenias singulis Mensibus celebrandas (quibus præter doctrinam de Deo ejusq; beneficijs, de Solis ac Luna aliarumq; stellarum mirabili motu, ac temporum certa serie tanquam peculiari Dei munere homines monerentur) certis ac statutis anni temporibus populus ad cultum Dei ac meditationes beneficiorum, ad preces, laudes gratiarumq; actiones in publicis locis unanimi devotione Deo creatori præstandas conveniret, ac sanctos istos dies ita sanctificaret, ut tempora ijs deputata, sepositis omnibus profanis manuum operibus negotiorum seculi, tanquam avocamentis & impedimentis, in sacrosancta pietatis exercitia impenderentur: ita quoq; in N. Testamento præter diem dominicum, quo singulis septimanis ad beneficia Christi commemoranda & preces ac laudes Deo communib. votis corde & voce seriò fundendas & persolvendas concorditer congregamur, peculiare dies festos ob insignium atq; ingentium Dei beneficiorum generi humano exhibitorem recordationem & celebrationem conservandam certis ac statis anni temporibus sanctificandos Ecclesia Dei ordinavit & adhuc retinet, non, quod conscientia ad certorum vel dierum, vel temporum observationes opinione necessitatis, qualis fuit in V. Test; superstitione sint alligata, aut quod illi dies quocunq; alio tẽpore sint sanctiores aut ad preces exaudiendas accommodatiores, aut ipsi Deo gratiores (cum omnes dies, quo ad sanctum opus perficiendum sint æquales) sed quia voluntas Dei est, ut Ecclesia in singulis locis ad verbi divini auditum & ad usum Sacramentorum & cetera pietatis opera exercenda ob confusiones ac inordinatos inaccessosq; cultus ac superstitiones evitandas, in unum pariter conveniret ac veram de Deo patre, filio & Spiritu S. doctrinam repeteret, puram incorruptamq; conservaret, ne eandem privata opinione homines aut in per-versum sensum torquerent, aut quisq; sibi numẽ quod colat & ad se referret fingeret: neve immensa & ineffabilia Dei mysteria & beneficia generi humano publice exhibita, privata quadã securitate ac rara inordinataq; congregatione ex hominis memoria obliterarentur, sed multò magis ut in publicis congressibus ac festis solemniorib. Christiani ex mutuo illo conspectu, majori lætitia affecti ardentioriq; spiritu incensi, omnium beneficiorum Dei memores, fidem in Christum foverent, alerent, augerent, confirmarent, atq; ut omnia in cœtu piorum juxta Apostoli 1. Cor. 14. præceptum fierent *ἕνα φωνῆς ὡς ἓν ἔκκλῃαν*. In hunc finẽ primitiva Ecclesia orthodoxi patres solemnia festa extra diei Domini sanctificationẽ instituta & post Christum incarnatum celebranda esse asserunt, quemadmodum August. lib. 14. c. 4. de Civit. Dei, scri-

bens, Nos, inquit, uni Deo Deorum beneficiorum ejus memoriam solemnitatibus, festis & diebus statutis dicamus sacramusq; ne volumine temporũ ingrata subrepat oblivio; Et alibi, Ea quippe anniversarie in Ecclesia celebrantur, quæ insigniter excellentia certis diebus facta sunt, ut eorum necessariam & salubrem memoriam festivitas concelebrata custodiat. Et Basilius, hac, inquit, causa patres nostri has fidelium congregationes in templis statuerunt, ut, quæ singulis diebus discere non valemus, ea in cõmuni solemnitate convenientes accipiamus. Quia autẽ ob hujusmodi gravissimas & iustissimas causas anniversarium Festum Nativitatis Christi inter homines Christianos celebrandum primitiva Ecclesia pio & sancto zelo ordinavit ac instituit: ideoq; pia mente agnoscendum & grata voce celebrandum est, quod Jesum Christum filium Dei ex Virgine Maria assumpta carne, filium hominis in hunc mundum venisse & totum genus humanum ex Sathana, inferorum & mortis potestate liberasse & perpetuis gaudijs, vita ac salute aeterna donasse Spiritus S. per doctrinam cœlestem nobis revelarit. Hoc immensum, inenarrabile & in perscrutabile beneficium & gaudiũ nobis quoq; applicemus, nam, ut Augustini verbis utamur, ad omnes pertinet, quia Christus omnibus venit, nec oportet esse tristitia locum, ubi est Natalis gaudiorum, nullus arbitretur se esse ab illa lætitia alienum: si quis sanctus est, gaudeat, quoniam accepit remunerationem: si peccator est, gaudeat, quoniam invitatur ad veniam; si gentilis est, gaudeat, quoniam admittitur ad salutem. Deniq; si nos ipsos à Christo alienos non facimus, jam in Christo sumus, ille verò se alienum à Christi facit consortio, qui se in corpore Christi esse negarit. Exultate ergo pueri sancti, exultate virgines sanctæ, virgo peperit vobis, cui sine corruptione nubatis: exultate justi, natalis est justificatoris, exultate agroti, natalis est salvatoris, exultate captivi, natalis est redemptoris, exultate omnes Christiani, natalis est Christi, Exultemus servi, natalis est Domini, exultate liberi, natalis est liberantis. Quod autem omnib. non prodest, qui omnibus servandis venit, hinc est quod sua culpa & vitio non omnes credant. Ne autem nos in eorum numero reperiamur, qui nostrapte culpa, negligentia, aut securitate Christi & Immanuelis nostri beneficia, quæ Nativitate sua nobis attulit, impiè repellamus aut nos iisdem ultrò privemus, iccirco non tantum hisce diebus sed etiam per totam vitam sincera ac vera pietati studeamus, quæ basis & fulcrum est Rerumpub; sine ea enim neq; magistratus neq; subditi officium suum facient; sine ea nulla est fides, nulla justitia, nulla virtus, nullum imperium, nulla obedientia: sed fraus, licentia & confusio hominum & rerum, nam qui tales sunt, Deo se subtrahunt, ideoq; & Deus se ipsis subtrahit, infelices quoq; isti tam in interioribus animi motibus & consilijs agitandis, quàm in externis rebus promovendis, quippe Deus desertores sui deserit, nec solum cadunt celeriter, sed ruunt etiam turpiter. Quare omnes nostræ jurisdictioni subiectos rogamus & admonemus, ut hisce dieb. concionibus sacris intersint ac ingentia illa bona, quæ Deus per puerum Jesum natum & filium suum datũ nobis ex immensa misericordia largitus est, sanctè consideret, ac nocturnos clamores, tumultus & omnes alias peccati illecebras & animorũ exacerbationes inter nos & alios concitandi studiosè vitent, sed vitæ sanctimoniam ambient & amplectantur, Vtriusq; Resp. statum Deo sedulo commendent, eumq; ardentib. votis precentur, ut, quemadmodum veteris anni jucundum exitum & novi felix auspiciũ exoptamus: ita & puer Jesus jam dudum expectata pacis, tranquillitatis & concordie in tota hac societate literaria & civili felicissimus existat author & omnium certaminum salutaris finis. PP. Rostoch. 25. Decemb. Anno 1611.

GEORGIUS



RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS GEORGIUS
DASENIUS MATHEMATUM PROFESSOR.

Vin Veteri Testamento Levit. 23. Et alibi Deus populo suo seu Ecclesie peculiaria mandata de Festis legitimo more celebranda prescripsit, quae essent commonefactiones de beneficijs Et promissionibus divinis, cultu Dei ac exercitijs pietatis per certa tempora anni, menses, hebdomadas Et dies ordinata Et constituta, ut prater festivitates singulis Sabbati diebus ac Neomenias singulis Mensibus celebrandas (quibus prater doctrinam de Deo ejusq; beneficijs, de Solis ac Lunarumq; stellarum mirabili motu, ac temporum certa serie tanquam peculiari Dei munere homines monerentur) certis ac statutis anni temporibus populus ad cultum Dei ac meditationes beneficiorum, ad preces, laudes gratiarumq; actiones in publicis locis unanimi devotione Deo creatori prastandas conveniret, ac sanctos istos dies ita sanctificaret, ut tempora ijs deputata, sepositis omnibus profanis manuum operibus negotiorum seculi, tanquam a vocamentis Et impedimentis, in sacrosancta pietatis exercitia impenderentur: ita quoq; in N. Testamento prater diem dominicum, quo singulis septimanis ad beneficia Christi commemoranda Et preces ac laudes Deo communib. votis corde Et voce serio fundendas Et persolvendas concorditer congregamur, peculiare dies festos ob insignium atq; ingentium Dei beneficiorum generi humano exhibitorem recordationem Et celebrationem conservandam certis ac statis anni temporibus sanctificandos Ecclesia Dei ordinavit Et adhuc retinet, non, quod conscientia ad certorum vel dierum, vel temporum observationes opinione necessitatis, qualis fuit in V. Test; superstitiose sint alligata, aut quod illi dies quocunq; alio tēpore sint sanctiores aut ad preces exaudiendas accommodatiores, aut ipsi Deo gratiores (cum omnes dies, quo ad sanctum opus perficiendum sint aequales) sed quia voluntas Dei est, ut Ecclesia in singulis locis ad verbi divini auditum Et ad usum Sacramentorum Et cetera pietatis opera exercenda ob confusiones ac inordinatos inconcessosq; cultus ac superstitiones evitandas, in unum pariter conveniret ac veram de Deo patre, filio Et Spiritu S. doctrinam repeteret, puram incorruptamq; conservaret, ne eandem privata opinione homines aut in perversum sensum torquerent, aut quisq; sibi numē quod colat et dōgenitū fingeret: neve immensa Et ineffabilia Dei mysteria Et beneficia generi humano publice exhibita, privata quadā securitate ac rara inordinataq; congregatione ex hominū memoria obliterarentur, sed multo magis ut in publicis congressibus ac festis solemniorib. Christiani ex mutuo illo conspectu, majori letitia affecti ardentioriq; spiritu incensi, omnium beneficiorum Dei memores, fidem in Christum foverent, alerent, augerent, confirmarent, atq; ut omnia in cœtu piorum juxta Apostoli I. Cor. 14. preceptum fierent *ὁ ἕνα φωνὴ καὶ ἓν ἦν.* In hunc finē primitiva Ecclesie orthodoxi patres solemnia festa extra diei Dominici sanctificationē instituta Et post Christum incarnatum celebranda esse asserunt, quemadmodum August. lib. 14. c. 4. de Civit. Dei, scri-

bens, Nos, inquit, uni Deo Deorum beneficiorum ejus memoriam solemnitatibus, festis Et diebus statutis dicamus sacramusq; ne volumine temporū ingrata subrepat oblivio; Et alibi, Ea quippe anniverſarie in Ecclesia celebrantur, quae insigniter excellentia certis diebus facta sunt, ut eorum necessariam Et salubrem memoriam festivitas concelebrata custodiat. Et Basilius, hac, inquit, causa patres nostri has fidelium congregationes in templis statuerunt, ut, quae singulis diebus discere non valemus, ea in cōmuni solemnitate convenientes accipiamus. Quia autē ob hujusmodi gravissimas Et iustissimas causas anniverſarium Festum Nativitatis Christi inter homines Christianos celebrandum primitiva Ecclesia pio Et sancto zelo ordinavit ac instituit: ideoq; pia mente agnoscendum Et grata voce celebrandum est, quod Jesum Christum filium Dei ex Virgine Maria assumpta carne, filium hominis in hunc mundum venisse Et totum genus humanum ex Sathana, inferorum Et mortis potestate liberasse Et perpetuis gaudijs, vita ac salute aeterna donasse Spiritus S. per doctrinam caelestem nobis revelarit. Hoc immensum, inenarrabile Et in perscrutabile beneficium Et gaudiū nobis quoq; applicemus, nam, ut Augustini verbis utamur, ad omnes pertinet, quia Christus omnibus venit, nec oportet esse tristitia locum, ubi est Natalis gaudiorum, nullus arbitretur se esse ab illa letitia alienum: si quis sanctus est, gaudeat, quoniam si peccator est, gaudeat, quoniam invitatur ad salutem. Deniq; si gentilis est, gaudeat, quoniam admittitur ad salutem. Deniq; si christo alienos non faciunt, si in consortio, qui se in corpore gines sanctae, virgo peperit, si in justificationis, exultate, si in redemptionis, exultate, si in dominici, exultate, si in qui omnibus servandis, si in ve autem nos in eorum, si in tate Christi Et Imma, si in piē repellamus aut nos, si in m per totam vitam sin, si in n pub; sine ea enim neq; est fides, nulla justitia, si in entia Et confusio homi, si in q; Et Deus se ipsis sub, si in consilijs agitandis, quā si in serit, nec solum cadunt si in tioni subjeetos rogamus si in ntia illa bona, quae Deus si in sa misericordia largitus si in s alias peccādi illecebras si in sē vitent, sed vita san, si in o sedulo commendent, e, si in m jucundum exitum Et si in n expectata pacis, tran, si in felicitissimus existat au, si in . Decemb. Anno 1611.

